

runt; * ii vero, qui currunt, aut sequantur alios, aut fugiant: quidni possit διώκειν, ut sequi, ita et fugere, significare? Hesychius: διώκειν - - κατατρέχειν ἐν κλίμακι καὶ φεύγειν μετ' ὀσμῆς. Insigne exemplum, quod doceat, quam saepe rarior alicuius vocabuli usus Grammaticos alioquin haud indodios eo deducat, ut locum, ubi legitur verbum tale, pro suspecto, sed temere, habeant. Barnesii denique notae, ut ad propositum revertamur, vel parum vel nihil illustrant poëtae verba, et longiores sunt, quam ut potuissent a nobis nunc quidem repeti, nisi molem libri augere, atque adeo cum nobismet ipsis pugnare, voluissimus. quod ipsum et de Pauli animadversionibus dictum esto. nam de Dacieriae, quae fere, ut a femina expectari poterat, patris sui Commentaria ad verbum exscripsit; itemque de Longepetraei, aliorumque huius notae, annotamentis quid attinet dicere?

Hac igitur Anacreontis editione utere interea, Lector, nobisque faue. Scripsi Lipsiae in Schola Thomana a. d. vii. Idus Apriles a C. N. CIΘIOCLIIII

* Vid. Obseruatt. Miscell. lum p. 84 ff. To. 1: Kyp-Belgg. Vol. V. To. III. p. quius Obseruatt. in N. T. p. 92 f.: Abreschius ad Aeschyl- 316 To. 2.